

3. n. 767. seqq. *Tessaur. decis.* 89. § 206. (qui casus pro amico appellat pro diabolo) *Nic. Vigel, Meth. jur. controu. præom. n. 20. Trentler. p. 1. disp. 1. th. 1. lit. b. Besold. in Delibat. jurid. ad l. 10. D. de Just. § Jur. Valent. Arithmaus peric. 1. disp. 1. th. 4.* Et certe liberum arbitrium judici non competit, nisi concessum expressè probet, ab habente, (ex quibus verbis illud concessum videatur latè explicat *Menoch. arbitr. jud. lib. 1. q. 7. § 8.*) Habet autem liberum arbitrium ne Princeps quidem in foro interno, & si fortasse in externo quoad validitatem rei judicatæ.

X.

Regulatum Judicis arbitrium, ubi res ex jure decidi non potest, regulas sequitur charitatis, æquitatis, humanitatis; commoditatis, utilitatis &c. nempe Judicem debere pro indigentiore judicare, putat *Johannes Leib tr. vom Vorgang der Gläubiger edito Noriberg. in form. 12. anno 1647. pag. 69.* pro meliore *Gellius XIV, 2. l. c.* pro sententia humaniore *l. 11. §. fin. D. de reb. dub. l. 56. de R. J.* pro favorabiliore *c. odia 15. de R. J. in 6.* pro libertate *l. 24. pr. de manumiss. l. 20. de R. Jur. pro dote l. 85. pr. de R. J.* pro matrimonio *c. licet ex quadam 47. in fin. de Testib.* Pro eo potius qui damnum vitat, quàm lucrum captat *l. 33. 41. de R. J.* Quidam putant posse partes in casu dubio compelli ad Transactionem, ita *Zasius ad l. 2. §. ex his n. 12. D. de V. O. Trentler. l. c.* quod rectè refutat *Bachov. ibid.* cum ne validum quidem futurum sit, quod contractum est. Illud *M. Salvii Othonis* imitentur qui volunt, velle debent, qui per facultates possunt, id est Principes; hic Judex datus, rem controversam ab uno litigantium emit, alteri donavit, factoque hoc privato futuro splendori prælu- sit. vid. *Fulgos. in Memorabil. lib. 8. c. 2. n. 2.*

X I.

Nos speramus ex mero jure decidi omnes casus posse,
Gloss.